

## Hieronymi

taliquum immolato sacrificio, revera domum, quinque liberos sibi genuit,  
q; primogenitu deo peperat Miraris felicitate sancte mulieris, mis-  
tare fidem. Ipsi si Paulam miseris, et nutritum et magistrum spondeo:  
gestu humeris, balbutieta senex verba formabo, multo gloriolor mū  
di philosopho, qui nō regem Macedonum Babylonio peritum ve-  
neno, sed ancillam et sponsam Christi erudiam: regnis coelestibus offe-  
rendam.

**I**ncepit epistola beati Hieronymi ad Eliodorum  
nondum episcopum exhortatoria; quia illum hortatur: ut domo: cognac-  
tis diuitijs, et relictis ad erenum deo militaturus accedat, pericula has-  
bitationis in urbibus seruis dei et demonum tentamenta describens. Ubi  
etiam ambitum reprimit sacerdotij ac episcopatus: de periculo illius sta-  
tus edifferens, et erenum ac solitudinem effrenens; ad extrellum futu-  
rum iudicium representans.

## Epistola.

Uanto amore et studio contenderim: ut pariter in eremo  
moraremur conscientia mutuę charitatis pectus agnoscat, qui  
bus lamentis: quo dolore, quo gemitu: te abeunte profectus  
sum: iste quoque litterę testes sunt, quas lachrymis cernis inter litas. Ue-  
rum tu quasi parvulus delicatus contemptum rogantis per blandimen-  
ta souisti, et ego incantus: quid tunc agerem nesciebam. Facerem: Sed  
quod ardenter volebam, moderate dissimulare non poteram. Impensis  
us obsecrare: sed audire nolebas: quia similiter non amabas, quod vnu  
potuit: spreta charitas fecit, quem presentem retinere non valuit: que  
rit absentem. Quoniam igitur et tu ipse abiens pestularas, ut tibi post  
quam ad deserta migrasse in uitatoria ad te scripta transmitterem, et ego  
me facturum promiseram. Inuito. Jam propera. Nolo pristinarum  
necessitudinum recorderis. Nudo amat eremus. Nolo te antiquę pe-  
regrinationis terreat difficultas. Que in Christum credis, et cuius crede-  
sermonibus. Querite primum regnum dei, et hec omnia opponentur  
vobis. Non pera tibi sumenda, non virga est. Affatim dues est, qui  
cum Christo pauper est. Sed quid ago? Rursum improudus obsecro.  
Abeant preces, blandimenta discedant, Debet amor Iesu irasci.

## Epistole

Qui rogantem contempseras. forsitan audias obiurgantem. Qui o fa  
cis in paterna domo delicate miles: ubi vallis: ubi fossa: ubi hyems acta  
sub peibus: Ecce de celo tuba canit: Ecce cum nubibus debellatur us  
orbem. Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex re  
gis ore procedes. Obvia queque metit. et tu mihi de cubiculo ad aciem. tu  
de umbra egreteris ad solem. Corp' assuetum tunica. lorice onus non fert  
Caput opertum lintheo. galeam recusat. Nolle meo ocio manum durus  
exasperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecum. contra  
me est. et qui mecum non colligit spargit. Recordare tyrocinij tui diem.  
quo Christo in baptismate cosepultus. in sacramenti verba iurasti. pro  
nomine eius non te patri parcitur esse. non matre. Ecce aduersarius in pe  
ctore tuo Christum conatur occidere. Ecce donatiu quod militaturus  
aceperas. hostilia castra suspirat. Licet parvulus ex collo pendeat et ne  
pos. licet sparsa crine et scissis vestibus. vera quib' tenutriera mater  
ostendat. Licet in limine pater iaceat. per calcato perge patre. siccis ocu  
lis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis gen' est. in hac re esse cru  
delem. Cenier. veniet postea dies: quo victor reuertaris patriam. quo  
Hierosolymam coelestem vir fortis coronat' incedas. Tunc municipa  
tum cum Paulo capies. Tunc et parvibus tuis eiusdem ciuitatis ius  
petes. Tunc et premerogabis. qui teat vinceres. incitau. Neque vero  
nescio qua te dicas nunc copere prepediri. Non est nobis feruum pectus  
nec dura pectoria. Non ex silicenatos Hyrcanum nutriere tigrides. et nos  
per ista transiunim'. Nunc tibi blandis vidua soror haret lacertis. nunc  
illi cum quib' adoluisti vernaculi aut. Cui nos seruituros relinquis?  
Nunc et gerula quondam: iam anus. et nutritius secundus post natu  
ralem pietatis patrem clamitat. Cui nos morituros relinquis? Expe  
cta paulisper et sepeli cras forsitan morituros. Et laxis vberum pellib'  
mater. arata rugis fronte. antiquum referens mamma lallare cōgeminet.  
Dicant si volunt et grandiloqui. In te omnis dominus inclinata recum  
bit. faciliter rumpit hec vincula amor Christi. et gehennae timor. At contra  
scriptura precipit parvibus obsequium. Sed quicquid eos super chri  
stum amat. perdit animam suam. Gladium tenet hostis ut me perimat  
et ego de matris lachrymis cogitabo. Propter patrem militiam Chris  
ti deseram. cui sepulturam Christi causa non debeo. Domino passuro ti  
midet. Petrus consulens scandalum fuit. Paulus renitentibus se fratri  
bus. ne Hierosolymam pergeret. respondit. Quid facitis plorantes. et  
conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari. sed et mori in Die

## Hieronymi

rusalem paratus sum pro nomine domini nostri Iesu christi. Aries iste pietatis quo sicut quatuor evangelijs retundendus est in uncione. Mater mea et fratres mei hi sunt qui cumque faciunt voluntatem patris mei qui in celis est. Si credit in Christum, saueat mihi pro ei nomine pugnabo. Si non credit, mortui coepeliant mortuos suos. Sed hoc ait in martyrio. Erras frater erras. Si putas unquam christianum persecutorem non nobo pati, et tu maxime oppugnaris, si te oppugnare nescis. Auduer sat noster tangere rugies, aliquem deuorare quereres circum, et tu pacem putas? Se et in insidiis cum duxerit, ut in occultis interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respicunt. Insidiatur in occulto sicut leo in spe lunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem. Et tu frondosae arboris tecum vim braculo, molles somnos futurum preda carpis. Inde me persequitur luxuria. Inde auaricia conatur irrumpe. Inde venet me vult mihi deesse pro christo. Compellit libido ut habitatem in messem sanctum fugam, ut templum eius violent. Persequitur inquit in hostis. Cui nomina mille, milie le nocendi artes. Et ego infelix victorem me putabam, dum capior. Non lo ego te frater charissime exanimato potere delictorum minor credas id latre nominia esse que diximus. Immo apostoli disce sententiam qui ait. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, aut fraudator, quod est idolorum seruit, non habet hereditatem in regno Christi et dei. Et quoniam generaliter aduersum deum sapiat quicquid diabolus est, et quod diabolus est idolatria sit, cui omnia idola mancipant. Tamen et in alio loco speciatim, nominatumque determinat dices. Mortificare mea bra vestrarum que sunt super terram, te ponentes fornicationem, immundiciam et concupiscientiam malam, et cupiditatem, et auariciam, que sunt idolorum seruitus, propter que venit ira dei in filios dissidentes. Non est tantum in eo seruitus idoli, si quis duobus digitulis thura compressa in bustum arei aciat, aut haustum paterna poculum fundat merum. Neget auariciam esse idolatriam, qui potest triginta argenteis dominum vindictam appellare iusticiam. Neget sacrilegum esse qui in libidine setet, qui membra christi et hostiam suam placet deo, cum publicarum libidinum victimis nefaria collusione violavit. Non sarcatur fraudem idolatriam esse, sed similes eorum, qui in actibus apostolorum ex patrimonio suo partem precium reseruant, presenti periire vindicta. Animaduerte frater non tibi licere de tuis quicquam habere rebus. Omnis (inquit dominus) qui non renunciarerit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Cur timido animo christianus es? Respice cum Petro relictum rheo, respice surgerem de theloneo publicanum.

## Epistole

statim apostolum. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. et tamē amplias porticas. et ingentia tectorum spacia metiris: h[ab]e creditatē exspectas seculū: cohēres christi esse nō poteris. Interpretare vocabulū monachi: hoc est nomen tuū. Quid facis in turba qui solus es? Et hoc ego non integris: rate vel mercib[us]: nec quasi ignarus fluctuum doctus nauta prēmoneo: sed quasi nuper e naufragio electus: in litus timida nauigaturus voce denuncio. In illo estū charybdis luxurie salutem vorat. Ibi ore virgineo: ad pudicicie perpetrāda naufragia: scyllum relitens libido blanditur. Hic barbarum litus. Hic diabolus pirata cum socijs portat vincula capiēdis. Nolite credere: nolite esse securi. Licet in medium stagni fusum e[st] quoz arrideat: licet vix lumina iacētis elemēti spiritu terga crispētur: magno hic campus montes habet intus inclusos. Intus est periculum: intus est hostis. Expedite rudentes. vela suspēdere. Crux antem sigatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dicturus es. Quid ergo? Quicunq[ue] in cunctate sunt christiani non sunt? Non est tibi eadem causa quæ ceteris. Audi dominum dicitem. Si vis perfectus esse. vade vende omnia tua. et da pauperib[us]. et veni sequere me. Tu autem perfectum te esse pollicit[ur] es. Nam cum derelicta domo et militia: te calstrasses ppter regna coelorum: quid aliud q[ui] perfectam lectatus es vitam? Perfectus autem seru[us] christi. nihil p[ro]pter christum habet. At si quid preter christum habet: perfectus non est. Et si perfectus non est. cum se perfectum fore deo pollicit[ur] sit: deo antementitus est. Os autem quod mentit[ur] occidit animam. Igitur ut cōcludam. Si perfect[us] es: cur bona p[re]ternata desideras? Si perfectus non es. dominum fessellisti. Diuinis euagelium vocibus tonat. Non potestis duobus dominis seruire. Non enim potestis deo seruire et māmonē. Et audet quisq[ue] mendacem Christum sacerdem māmonē et domino seruire deo. Uociferatur ille sepe. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me. Et ego onustus auro arbitror me christum sequi. Qui dicit seini christum cretere: debet quomodo ille ambulauit tipse ambulare. Os si nihil habes (vt te responsurum scio) cur tam bene paratus ad bella non militas: nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere. cum in sua dominū signa non fecerit. Cur id cum auctoritate summa defendis: Sumere respōsionem. Nemo propheta in patria sua honorem habet. Non quero inquietus honorem: sufficit mihi cōscientia mea. Ne q[ui] dominū querebat. Quippe ne a turbis rex cōstitueret. aufugit. Sed ubi honor non est. ibi cōtemptus est. Ubi autem cōtemptus. ibi frequenter iniuria. Ubi autem iniuria. ibi et indignatio. Ubi indignatio. ibi et

## Hieronimi

quies nulla. Ubi quies nulla. ibi mens a proposito sepe deducitur. Ubi autem alicui per inquietudinem aliquid auferitur ex studio. min' sit ab eo quod tollitur. Et ubi min' est. perfectum non potest dici. Ex hac superputatione illa summa nascitur. monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle delinquare est. Sed de hoc gradu pulsus. prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeat dicere: qui certe in suis viribus comorantur? Absit autem ut quicqz de his sinistrum loquar: qui apostolico gradu succedentes. Christi corpus sacro ore consicut: per quos et nos christiani sumus. Qui claves regni celorum habentes: quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui sponsam domini sobria castitate conservant. Sed et alia (vt ante perstrinx) monachorum est vita. alia clericorum. Clerici ones pascunt. ego pascor. Illi de altario vivunt: mihi quasi infructuose arbori: securis ponitur ad radicem. Si minus ad altare non desero. nec possum obtendere paupertatem: cum in euangelio animum viduam: duo que sola sibi supererant era. mittentem in gazo philatum laudat dominus. Nihil ante presbyteri setere non licet. Illi si peccauero. licet tradere me sahane in interitum carnis vel spiritus saluus sit in die domini iesu. Et in veteri quidem lege. quicqz sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabat a populo. aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruce. Nunc vero in obediens spirituali mucrone truncatur. aut electus de ecclesia rabido demonum ore discerpitur. qz si te quoqz ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta sollicitat: gaudet de ascensi. tumebo de lapsu. Qui episcopatum desiderat: bonum op' desiderat. Scimus ista: sed unde quod sequitur. Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse: vienus uxoris virum. sobrium. pudicum. prudentem. ornatum. hospitalem. docibilem. non violentum. non percussorem. sed modestum. et ceteris que de eo sequuntur explicitis: non minorem in tercio gradu adhibuit diligetiam dices. Diaconos similiter pudicos. non bilungues. non multo vino deditos. non turpis luxuri appetitores: habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et hi autem probetur primum. et sic minister nullum crimen habentes. Ue illi homini qui vestem non habens nuptialem ingreditur ad coenam. Nihil superest nisi ut statim audiat. Almice quomodo huc intrasti. non habens vestem nuptialem. Et illo obmutescere dicatur ministris. Tollite illum: ligatis manib' et pedibus. et mittite eum in tenebras exteriores. ubi erit fletus et stridor dentum. Ue illi homini qui acceptum talerum in suda noligas: ceteris lucra facientibus. id tantum quod accepérat reseruauit. Ilico indignatis domini respōsione ac clamore serietur. Serue nequam:

## Epistole

quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et ego veniens cum viuis  
ris exegissim eam: id est, depositus ad altare quod ferre non poteras.  
Dum enim tu ignarus negotiator denarium tenes, alterius locum qui  
pecuniam duplicare poterat, occupasti. Quam ob rem sicuti qui bene  
ministrat bonum opus sibi acquirit, ita qui indigne ad calicem domini  
accedit, re<sup>e</sup> erit corporis et sanguinis domini. Non omnes episcopi, epis-  
copi sunt. Attēdis Petrum, sed et iudam considera. Stephanum suspi-  
cis, sed et Nicolaum respice, quem dominus (ut Iohannes testatur in Apo-  
calypsi) sua damnat sententia. Qui tam turpia et nefanda commentat<sup>e</sup> est,  
ut Nicolaitarum heresis ex illa radice nascatur. Probet se vniuersitatis,  
et sic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius  
centurio adhuc ethnicus, dono sancti spiritus mundatur. Presbyteros  
Daniel puer indicat. Amos sycomororum mora destringens, repente pro-  
pheta effectus est. David pastor eligitur in regem. Minimum discipu-  
lum Jesus amat plurimum. Inferius frater accumbe, ut minore aduen-  
iente, sursum iubaris ascendere. Super quem dominus recipit, ni-  
si super humilem et quietum, et trementem verba sua: Cui plus committi-  
tur, plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patientur. Nec si  
bi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat, cum de om-  
ni verbo oculo que dicens locuti fuerint homines, reddituri sunt pro eo  
ratione in die iudicii, cum etiam coniunctum in fratrem, homicidij sit rea-  
tus. Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Chri-  
sto regnatum, ne forte veniat angelus qui scandat velum templi tui, et  
candelabrum tuum de loco moueat. Edificatur turrim futuri operis sumo-  
ptus suppura. Infratuatum sal ad nihil est virile, nisi ut proiecatur foras,  
et a percisis cōculetur. Monachus si ceciderit, rogabit pro eo sacerdos.  
Pro sacerdotis lapsu quis regatur est: Sed quoniam de scopolosis lo-  
cis enauigauit oratio et inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in  
altum cymba pessit, expatenda vela sunt ventis, et questionis scopolis  
transiundatis, letatim more nautarum, epilogi celestina canitatem est. O deser-  
tū christi vernas, o solitudine in quilli nascitū lapides, te quod in Apocalypsi  
ciuitas magni regis astruit. O eremus familiarium deo gaudentes. Quid  
agis frater in selo, quod maior es mundo? Quādū te tectorū vībz pīnūt, quod  
dū sumos, vībz carcer includit. Create mihi, nescio quod plū lucis aspi-  
cio. Liber sarcina corporis abiecta ad purgationem volare fulgorē paup-  
rata times. Et brōs pauperes Christus appellat, labore Christus, neō athleta sine lu-  
do coronat. De cibis cogitas, et fides sancta non timet, super nudā metuit hu-  
mū exesa ieiunijs membra collidet, et dñs tecū iacet. Squallida caput hor-

## Epistole Hieronymi

ret inculta cesaries. sed caput tuū Christus est. Infinita eremī vastitas  
terret. sed tu paradisum mente deambula. Quotiescumq; illuc mente  
conscenderis. totiens in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahis  
tur cutis. Sed qui in Chtisto semel lot<sup>9</sup> est. non trahet necesse iterum  
lauare. Et vt breviter ad cuncta audias apostolum respodentem Non  
sunt condigne inquit passioēs huius seculi ad superucturam gloriam  
que reuelabitur in nobis. Delicatus es frater si et hic vis gaudere cum  
seculo. et postea regnare cum christo. Ueniet veniet illa dies qua corru-  
ptiuū hoc et mortale incorruptionem induat et immortalitatem. Bea-  
tus seru<sup>9</sup> quem cum domin<sup>9</sup> innenerit vigilantem. Tunc ad vocem tu-  
be pauebit terra cum populis: tu gaudebis. Judicaturus cum domino  
lugubre mūdus immigret. et trib<sup>9</sup> ad tribus pectora ferient. Potentissi-  
mi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cu<sup>9</sup> prole sua  
Uenus. Tunc ignitus Jupiter adducetur. et cum suis scultus Plato  
discipulis. Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticā  
et exultabis. et ridebis. et dices. Ecce crucifixus deus meus. ecce index  
qui obuoluer<sup>9</sup> pannis in presepio vagit. Hic est ille operarij et questua-  
rie filius. hic qui matris gestatus sini hominem deus fugit in egyptū.  
hic vestitus coccino. hic sentibus coronat<sup>9</sup>. hic magus demonium ha-  
bens et samarites. Cerne manus indee quas fixeras. cerne lat<sup>9</sup> Roma-  
ne quod foderas. Uidete corpus an idem sit quod dicebaris clam nocte  
sustulisse discipulos. Dilectio tua me copulit. vt hec tibi frater dicere.  
et vt interesse contingat quib<sup>9</sup> nunc labor dur<sup>9</sup> est;

**E**finiunt epistole Hieronymi

**S**equuntur epistole Tullij.

b j